13.

*Q. D. B. V.*

# BONUM OMEN
ANNI
# M DCCVI.
INCLYTÆ ZITTAVIENSIUM REIP.
# PATRIB. CONSCRIPTIS
IN VICEM ORDINARIÆ STRENÆ
NUNCUPATUM.

---

Cœpimus huic anno numerum præſcribere SEXTUM,
Cui velut egregii temporis omen ineſt.
Nam ſi PERFECTUM nobis TRINUM OMNE vocatur:
Forſitan & geminum BIS TRIA pondus habent.
Hinc liceat fauſtos Patriæ promittere menſes,
Qvâ nunc HEXAPOLIS noſtraq; ZITTA patet.
Hæc ſe felicem ter & amplius eſſe videbit,
Si novus hic curſus MUNERA SENA ferat.
Relligio Templum decoret, Prudentia Conſum,
Ac probet ingenuam ſedula cura Scholam:
Qvin faveant porro noſtris Commercia terris,
Resq́; ſuas opifex, atq; colonus agat!
Plaudere ſic ſatis eſt. Nam qvos pia contegit umbra,
Nec graviora tenent, nec meliora ſciunt,

*Gymnaſii nomine*
*ſcripſit*
Chriſtianus Weiſe, Rect.

---

*Zittaviæ,*
Typis Michaelis Hartmanni.

SLUB
Wir führen Wissen.
Christian Weise Bibliothek

SLUB
Wir führen Wissen.
Christian Weise Bibliothek